# Thura Heliconia; quæ ipso nuptiarum festo, eruditione & prudentiâ maximè co...

*1 Ic 1656 ??Vigelius, Lars Olofsson*

KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

192
9

# THURA HELICONIA; QUÆ

Ipſo nuptiarum Feſto,

*Eruditione & Prudentiâ maximè Conſpicuo VIRO,*

# DN. LAURENTIO VIGELIO,

Regij quod ABOÆ Fennorum eſt judicij
Actuario ſpectatiſſimo;
NEONYMPHO:
UT ET
*Lectiſſimæ; pudiciſſimæq; VIRGINI,*

# MARGARETÆ Plagman/

VIRI
*Integerrimi & Honeſtiſſimi,*
D. JOHANNIS Plagman/ Urbis Aboënſis ſenatoris prudentiſſimi filiæ Chariſs:æ
NEONYMPHÆ;
*In Civitate Aboënſi, condecenti pompâ Anno 1656 d. 2. Kal: Novemb: Conterranij & amici promptè & benevolo affectu ACCENDERUNT.*

ABOÆ

Imprimit. at PETRUS HANSONIUS Acad. Typog.

9
1656

*Spectatiſſimo Dn. Actuario Sponſo*
*S. P. D.*
HENRICUS M. SCHROD.

QUando id quod cæteri comperiſſent audiviſſem, Te ad nuptias lectiſſimæ Virginis, MARGARETÆ Plagman/ appuliſſe animum, haud facilè dixero, quâ animus meus perfuſus eſt lætitiâ: ſcilicet voluptati erat intelligere negotium adeò pium, honeſtum utile Te induxiſſe in animum. Etenim cum Te ſemper ob ſummam erga me animi promptitudinem ac in omnes humanitatem egregiam magnifeciſſem, nihil potuit mihi tam læta famâ accidere gratius. Quare gratulor tibi & quidem ex animo gratulor honeſtiſsimum inſtitutum, ſimul ac precor, ut Deus Trinunus cæptis Tuis annuat ſuoq́; favore & gratia Te tuamq; ſponſam ſecundet. Sed fortè interroges, cur tantoperè in cauſa Tua læter? inhumanus eſſem, Certè haud quaquam fidus amicus, niſi Tecum de conjugio honeſtè & omniq́; virtutum catervæ conjuncto cogitanti gauderem. Ecquid r. beatius in terris, quam probam, piamq́; habe-

habere conjugem. Id enim tanquam donum Dei in S. literis Celebratur. Domus & divitiæ dantur à parentib', à Domino a. propriè uxor prudẽs Illa n. marito ſuo, in adverſitatibus ſolatium, illa mutuam oblectationẽ, amicitiam ſtabilem imò amorem, conſilium, opem præſtabit. Ac ut paucis multa prehendam; quam ſvavis & jucunda res conjugium, ubi mutuus viget & ex pietate natus amor expendit præter cæteros moroſus ille ſenex apud Comjcum, qui mitior factus eſſet, judicavit familiaritate & amicitia nihil eſſe in vita jucundius: Qualis igitur conjugum honeſtus amor eſt futurus, nonne jucundiſſimus? certè omnes propinquitates, familiaritates, amicitias vincit & vincere debet vel ſummi Jehovæ Oraculo: Relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, adhærebit uxori ſuæ & erunt duo in carnem unam. O felicem igitur diem, quâ caſto conjugali fœdere Tibi ſpectatiſs. Vigeli iſtam conjungis Virginem. Pia eſt, pudica eſt ſic eſt, in ore om̃i populo, atq; eſt affabilis, ſine moroſitate, & faſtidio ſyncera: Afferet hæc ſecum Tibi conſtantiam atq; fidelitatem in utraq; fortuna proſpera & adverſa, juxta illud Auſonij dicẽs:

*Uxor vivamus, quod viximus, & teneamus*
*Nomina quæ primo ſenſimus in Thalamo.*

*Nec feret ulla dies ut commutemur in ævo*
*Quin tibi ſim juvenis, tuq; puella mihi &c.*

Sicubi v. ſequioris fortunæ fluctibus contingat jactari Tum Optimum litium in matrimonio remedium, tumq́; demum moleſtijs liberum fore conjugium exiſtimo ſi maritus ſurdus, Uxor cæca fiat: nam multa diſſimulanda ſunt.

*Altera luminibus quando caret auribus alter*
*Improba conjugium tale querela fugit*

Neq́; n. dubites Te talem accepiſſe cujus mentionem fecêre verſus aut ex improviſo & fortuitò in hujus pudiciſſimæ Virginis amores incidiſſe, ſed ſingulari quâdam divinâ providentiâ id eſſe factum judica. Fatalia n. ſunt conjugia, non fatum quidem Stoicum curo ſed ut per fatum velim divinam interpreteris providentiam. Inter omnia enim fortunæ corporisq́; bona Tibi divinitus conceſſa (quæ certè maxima & clara ſunt) ſi rectè rem perpendas, conjugij commoda ſibi primas partes vendicant. Eja! igitur Spectatiſs. atq́; Humaniſs. Vigeli, ſub felice ſydere felices connubij jungito nexus Almus, Omnipotens & benignus Deus Te; Tuamq́; conjugẽ præſtet & conſervet in bono ſtabiles; in adverſitatibus fortes; in rebus afflictis hilares in ſollicitudine circumſpectos, in tentatione triumphantes ac deniq́; in rebus omnibꝰ ſeu faciendis omittendis ſeu prudentes & felices. Ac tandem

poſt

poſt felicitatem diuturnam in his teris perducat Vos & nos omnes ad nuptias cœleſtes Filij ſui Domini noſtri JEſu Chriſti, ubi eum cum omnibus ſanctis, & regni ejus divitias ante jacta mundi fundamenta deſtinatas contemplabimur ijsq́; fruemut. Sic precor ac voveo mente ſyncerâ affectuq́; prolixo.

---

*CUm ſtabili ſacri vigeant ex ordine ritus:*
*Ritè colit quivis fœdera conjugij.*
*Pingvia ſternuntur poſitis convivia lectis;*
*Iupiter hinc nomen grânde Dapalis habet*
*Sive fluat gelidis mare non violabile Divis,*
*Condita ſeu pario marmore templa micent.*
*Surgere manè piam maturè ambire puellam,*
*Quæ valeat fauſta prole beare domum,,*
*VIGELIUS ſtatuens quocirca, in ſidera palmas*
*Tendit, ea ut thalamo quam leget apta ſiet.*
*Tu Deus erectam ſtaturam quippe dediſti,*
*Quæ viget uxorem mobilitate dato!*
*Fœmineæ nam poſſe fidem cognoſcere frontis*
*Si ſapiat nemo qui benè cernit habet.*
*Tutior æquoreo violentus turbine fluctus;*
*Obviaq́; intonſis montibus urſa venit.*
*In tua me totum ergo ſacraria dono,*
*Numina dent auſis me ſupereſſe meis!*
*Talibus oranti verbis Patriota colende,*
*Annuit omnipotens auguror ecce tibi.*
*Lectaq́; cum fuerit vario ſententia motu,*
*Inſtruit incæpto quid Deus eſſet opus.*
*Sic quò phœnicem capias tibi providus auceps*
*En graderis totâ cyclade virginea*

*Retia gordiacis pandiq́; tenacia nodis*
*Caſſibus ut veniat præda cupita tuis.*
*Deſtinat at natam deprompta pharetra ſcabini*
*Sternere Plagmannam proxima meta fuit.*
*MARGARIS en ſylvas ac ſaltus cerva pererrans*
*Protinus immilſo cuſpide feſſa cadit.*
*Pulchra puella puella aliȷs immiſta puellis*
*Quæ Phœben inter ſidera parva refert.*
*Cereæ cui naſi ſpecies non mole laborat*
*Subter preſſa genis abdita nec latitat.*
*Ambroſiamq́; thymumq́; gerunt rubicunda labella.*
*Atq́; aliquod mentum nectar abinde rigat.*
*Gratia per collum volitat feſtiva, mamillas*
*Exornant omnes undiq́; pol veneres*
*Tota venuſtatum ſtat parvo deniq́; pyxis*
*Corpore, & eſt Domino commoda virgo ſuo.*
*Nec comes eſt lepidæ ventoſa ſuperbia formæ,*
*Signa pudicitiæ nec minus illa gerit.*
*Quod cum ita ſit lætè incendam tibi thura VIGELI*
*Quæ ad tua dum fiunt ſacra cremanda mihi.*
*Multiplici quia non tam gaudet pavo colore*
*Cum gravis æthercam pectore pandit avem;*
*Atq́; tuas video dum ego tædas* Fautor amande,
*Unio ſponſalis quod tibi fauſta ſiet.*
*Quid vero voveam? non ſufficit arcula votis,*
*Ad genium torpor nec facit hicce tuum.*
*Accipe flagrantis plauſum PATRIOTA favoris*
*Surgat amor curſu proſperiore tibi!*
*Et Pater & conjunx fias maturior ævo*
*Ortaq́; conjugio ſit reſupina quies!*
*O liceat ſobolem teneram puerilibus annis*
*Emerſam. læta matre videre tibi!*

*Qui ganio doctisq́; viros exæquat ephæbus*
*Artibus, ac vario quælibet ore ſonat,*
*Audet & inſignem* Fennis *promittere* Civem]
*Seu peragenda togæ munia ſive ſagæ.*
*Te quoq́;* Cumanæ *(precor) ætas longa* Sibyllæ
*Et* Pylij *felix vita maneto* ſenis!
*Id quoq́; contingET SOCIÆ, poſt ſcandite olympum*
*Cum ſenio veteres vos ſupereſſe piget.*

gratulabundus dabat.

ELAUS M. SCHRODERUS
Wermlandus.

SI mihi nunc tantum faveat natura VIGELI,
Ut poſſim gratum pangere Vocemelos;
En tibi quod feſtum jam conjugiale requirit,
Accinet in dextra penna ſtilusq́; mea.
Sed quoniam non vult me ſors inimica Poëtam
Accipe de muſa paucula verba mea:
Author conjugij thalami fundator JESUS
Adſpiret cæptis flamine quæſo ſuo!
Sidere felici vos ut conjungere dextras
Contingat fauſta & prole beare domum!
Inſuper ex voto precor ut vivatis in annos,
Poſſitisq́; dies dinumerare bonos!

*Licet nuperrimè â peregrinatione Redux, tamen hiſce pauciſſimis ſympatriotæ & conſangvineo ſuo gratulari voluit,*

*NICOLAUS A. MODENIUS*
*WERMLANDUS.*

# Een Bröllops Wijſa

Siunges ſom:

**War wällkommen mijn wän kiär etc.**

1.

Luſt och glädie höres här/
Hiertans kiär
Medh wårt brudfolck ſom här är
Alt godt Skaffar nu frambär
och war när
Altijdh glaßet och föråhr
att the alla/måge ralla
Thenna ſtundh/ margelund
Gudz nampn åkalle

2.

Varer luſtigh thenne gång
vthan twång
Rätteligh medh ſtäm och ſång
Rörer eder natten långh.
med marg ſpräng
Giörer ey hwar andra bång
Kom här fram/ ſkönſte dam
Vngerſwän och kringrän
Rätt nu alleſam

3.

Entelig rätt twå och twå
att thet må
Altijdh rätteligh tilſtå
När nu theſſe ſå framgå
ey ſå/ måå
Richtigt alting tå tilgå
och hembäran Gudhi äran
för godh Roo/ wij i boo
och Hans ordz lära

4.

Tagh nu hijt en fioliſt
organiſt
Ey må felas diſcantiſt
Iubilerer nu förwiſt
vthan briſt
Träder och ſå mykit friſt
med luſtigt mod ifrögden godh
ypner ſampn i Herrans nampn
medh all wänligheet

5.

Viſſerligh och nu bekom
Rijkedom/
Actuarius ſå from
Som har fått aff föräldrom
lärkedom
Plåſter och för ſin krankdom
rätta pärlan/ ſkiäna tärnan
Jungfrun ſijn i ſitt ſkrijn
gömmer han gärna

6.

Varer och ſå mykit ſäl
medh godh ſkiäl
Lydigh ther til myckit ſnäl
Iungfru Margareta wäll
J åhr ſäl
Ach Gudh gifwe i nogh wäll
mannen kiära willen åhra
Ty han wil Bruden ſtil
föda och nära

7

Giff nu lycka Herre mill
Som och wil
Gifta folcket och ſee til
Entelig gif Sonen lill
tyſt och ſtill
Moot gång och ſå then frånſkill
lyka gamman hugnat ſamman
blommor ſmå gif och ſå
lefwa tryckt ſamman

8. Lifwet

S
LIfwet giff them och ſå långt
icke bångt
Aldrig effter födan trängt
USel lijff ſträfft och wrängt

Så och änge
Nyttia båter icke långt
med ſtoor gaman/ lefwa ſaman
Gudh wår fahr/ unge paar
Låt altijdh Amen..

## LAURENTIUS SEVERINI
### Collinus Werml:

SÄl och ſaligh Man den wäl må medh rätta
kalla/
Som een ſlijk hiertans Wän / har funnet fram
för alla (wiſt
Som i nu hafwen giort H. Brudgum: thet är/
Man edher bör rätt fort/ beromma uthan Liſt/
J hafwen träffuat rätt / och ſpelet luſtigt wunnit/
Då i på tijd och ſätt/ den Jungfrun hafwe funnit/
Tuchtig ſedigh ſnäll/ är hon/ ſampt kyſk oc åhrlig/
Sit Huusfolck kan hon wäl ſtyra / ſampt ehr
kärligh/
Umfatta medh all frögd / ja puſt och ſuck förtaga/
När hon lil edher bögd / alting wäll monde laga
Vigeli from och godh/ Margaretam blijda
Umfatta medh godt modh kärligh alla tijda/
Lyſkſaligh och i är o Jungfrw; iagh thet ſäger/
Som ſådan maka kiär har wunnit nogh han äger/
Som en godh wän har ſått (Syrach thet mon
weta)

Then

Then haſwen i nått/ o Jungfrw Margareta
Förſichtig ſnäll och lär är han aff mången achtat
Een Jungfrw och wäl wärdh den han har effter-
trachtat.

Han haſwer mången ſtundh/ kend margehand
pijlar
Ey fattat någen blund/ kunnat heller hwila
Hwarför o Jungfrw ſkiön/ när i alt ſlätt betrachta
Er Man til ſkänk och Löön/ medh tuchtig Gunſt
vpwachta.

J År hans hiertans Frögd och aldra bäſta Wen
När i med Luſt och Dygd rätt älſken den alleen/
Här medh iagh ſitter nedh och edher både ſamman/
Aff Herren önſka fridh Wälſignelſe och gamman
At i Liffzfruchter mång med luſt och frögd må ſee/
Ja leſwa åhren läng förvthan ſorg och Wee.

Dhe Vnghe Brudhfolcken til wälmenth
åhra och tienſt/ haſtic ſkreff
ERICUS Binningh/
NERICIENS: